

Quia autem? Nonne & nos vel ideo Spiritu S.
 in Saccis Pentecostes Jersbo N. T. donamur: ut
 non exules, Paradisog, exterminatos ad caelestem
 Hierosolymam reducat? Reducit utiq; nos S. S.
 si in fide Christi maneamus, ad caeli civitatem,
 Ecclesiam Christi puto militantem, à quâ felix
 datur transitus, ad patriam caelestem, ad coelum
 nempe, in quâ opulentia sine amissione, bonos
 sine invidia, sanitas sine langore, caritas sine
 fraude, voluptas sine vanitate, potentia sine
 infirmitate, libertas sine servitute, furios sine
 labore, claritas sine tenebris, perpetuitas sine cor-
 ruptione, opulentia sine egestate, securitas sine
 timore, dignitas sine tremore, beatitudo sine calami-
 tate, vita sine morte, sapientia sine errore, gau-
 dium sine moerore, satietas sine fastidio, societas
 nobilissima & summe pacifica, Deitatis visio, Tri-
 nitatis unio. Audiamus de hoc certissimo ad mon-
 tem Sion, ad civitatem Dei viventis, ad Jerusalem
 caelestem, i. e. ad Evangelicam Christi Eccle-
 siam, accessu ipsum per os D. Pauli Spiritum
 S. alicubi nos admonentem. Accessistis, ait Apo-
 stoli ore Spir. S. ad montem Sion, & civitatem
 Dei viventis, Hierusalem caelestem, & angelorum
 myriadas. O fravem, o dulcem, o omne melle
 ac saccharo dulciorem vocem! Accessistis,

Ebr. XII. 22.